



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

THESES
PNEUMATOLOGICÆ
DE
LIBERTATE HOMINIS;

Quas
FAVENTE DEO
Sub Praesidio

D.D. EZECHIEL GALLATIN,
Eccl. Pastoris, Philosoph. Professoris acutissimi
p.t. Academiæ Rectoris magnifici, & Societa-
tis Regiæ de propagandâ Fide Socii dignissimi.

Publicè tueri conabitur.

PAULUS GALLATIN, GENEVENSIS

Author & Respondens.

Martis
Die ~~domini~~ proximâ Augusti 14 horâ locoq. solitiss.



GENEVÆ,
Typis MARCI - MICH. BOUSQUET & SOC.

M D C C X X I.

Digitized by Google

VIRIS
AMPLISSIMIS NOBILISSIMIS
D. D. BARTH. GALLATIN,
REIPUBLICÆ GENEVENSIS
CONSULI PRIMARIO
INTEGRIMO DIGNISSIMO
D. D. JACOBO DUPAN,
SENATORI PRUDENTISSIMO
CONSULTISSIMO
AVUNCULIS SUIS MERITISSIMIS
ÆTERNUM COLENDIS
NEC NON
D. D. PAULO BENNELLE,
VIRO CLARISSIMO
SUSCEPTORI SUO BENIGNISSIMO
AD CINERES USQUE
HONORE AMOREQUE PROSEQUENDO
EXERCITIUM HOCCE PHILOPHICUM
IN SUMMÆ OBSERVANTIAE ANIMIQUE
GRATISSIMI PERENNE MONUMENTUM
D. D. C.
PAULUS GALLATIN, Genevensis.

MATERIALS AND METHODS

王士禛集解卷之三

卷之三

第二章 研究方法

REFERENCES AND NOTES

THE BOSTONIAN - 60

卷之三

• 114 •

卷之三十一

卷之三

— 1 —

卷之三

600 *600* *600* *600*

1922-23-24-25-26-27-28

19. *Leucosia* *leucostoma* *leucostoma* *leucostoma*

REFERENCES AND NOTES

1943-1944 Catalogue

在這裏，我們可以說，這就是「中國化」的「新儒學」。

1982-1983 学年第一学期

卷之三



THESES PNEUMATOLOGICAE
DE
LIBERTATE HOMINIS.

ANXIÆ fuerunt, ab omni ævo, circa hominis libertatem inter Philosophos nec non Theologos disquisitiones; Nulla tamen quæstio momentosior, nec quæ magis nostrâ intersit, moveri potest, hanc circa, sequentes deffendimus assertiones.

ARTICULUS I.

I. HOMO in veritatis disquisitione & actionum determinatione, est sui juris, nulla est vis externa nec interna quæ, necessitate Physicæ, eum in hanc vel illam partem flectat.

A 3

II. Li-

H. Libertas hominis in eo sita est, quod nunquam in hanc propendat partem, quin in aliam flectere potuisse, in se non experiatur.

III. Homo ad agendum determinatur ratione semper quadam præpollente, si enim *casus perfectæ indifferentiæ supponatur*, nulla, hunc circa, exerci potest actio; Verum ultima ratio determinans hominem, non necessariò eum pellit ad agendum, ita ut ipsi resistere nequeat.

IV. Cùm agitur de disquisitione veritatis inter propositiones evidentes & probabiles, distinctio quædam est adhibenda.

Circa propositiones quarum veritas primo intuitu patet, mens passiva tantum est, ac si ipsi offeratur expendenda relatio æqualitatis, inter numerum binarium in se ductum, & numerum quaternarium, non potest eam non percipere, neque dubia ac pensilis hærere, neque à se obtinere ut pronuntiet bis duo esse quinque.

Si vero Propositiones paululum obscuritatis præ se ferant, examini eas mens subjicit, varia evolvit argumenta, eorum nexus perscrutatur, & tunc vel assentitur,

tur , vel assensum denegat , vel judicium suspendit.

V. Hinc videre est , si quæ fit , circa veri cognitionem , libertas , hanc , ex defectu luminis , ex sensuum infirmitate , ex tarditate ingenii , ex rationis ipsius imbecillitate , oriri ; Quid enim causæ cur homo deliberet , aut pendeat animi ac velut incertus , huc vel illuc feratur , nisi quod omnes rerum causas & principia , omnes recessus & circumstantias non percipit ? Illa sanè caligo & ignorantia , afferunt nobis Ancipites deliberandi causas .

VI. Cùm autem parvo sint numero propositiones per se evidentes , & infinito penè numero probabiles , falsitatis suspectæ ; Quam amplius aperitur campus exercitandæ libertati ; Quam momentosum illâ sapienter uti , ne veri specie deludamur , & præcipitantiâ animi in falsum incidamus .

VII. Si quæ sint veritates quibus Mens passivè quodam modo percellatur , actionum suarum semper stat Domina ; Nec unquam quæ sibi agenda proposuit necessario impulsu exequitur ; sed liberrimè ad

bonum amplectendum & malum fugiendum determinatur ; Et ex illo Mēritis in proprias actiones imperio , pendent & vitium & virtus & laus & yituperium.

ARTICULUS II.

LIBERTAS HOMINIS EVINCITUR.

I. E A M quam diximus libertatem , homines in se , intimo sensu , experiuntur , si in nos ipsi descendamus , percipiemus quotiescumque ad hanc partem flectimur , nos potentiam habere in aliam propendendi partem ; tandem ita comparatus est homo , ut hocce dominio imperioque in proprias actiones , nullā vi externā privari possit , & ad mentem essentialiter pertineat.

II. Hoc patet rursus ex variis animi motibus qui hancce hominum facultatem manifestò supponunt : si te læderit tegula à vento in caput dejecta , non irasceris ; item si læderit lapis ab insano , vel incauto propulsus , non irasceris ; sed si lapis projectus fuerit à maligno quodam cum animo te lædendi , statim irasceris & de illo conquereris : Unde oritur illud discrimen ?
quare

quare tegulæ non irasceris ? nisi quòd eam necessariò actam fuisse probè noscis ; sed aggressori irasceris ; quòd persuasum habebas , eum liberum esse , ac lubentem & volentem te læsisse.

III. Conscientiæ motus cùm in justitiam peccavimus , illius pax & tranquillitas , cùm legibus Divinis obtemperavimus , libertatis sensum intimum & indelebilem demonstrant ; Cur tot suspiria & exprobrationes post injusta facta ? nisi quòd aliter nos potuisse agere intimè convincimur : Cùm verò hi conscientiæ morsus in scelestis omnibus reperiantur , nec ab iis excuti possint ; libertatis nostræ sensus , inter vividissimas veritatis impressiones reponi debet.

IV. Libertas denique Ethicæ , societatisque fulcrum est & columen , Religionis basis & fundamentum , nec non laudis & vituperii , poenarum & præmiorum fons & origo : Absque libertate vir legibus justitiae obtemperans , nec virtute prædictus dici potest , nec laude dignus ; absque illâ perditæ nequitia vir , nec culpandus nec poenis est afficiendus ; quæ quâm absurdâ sint , quâm insana , nemo non videt.

ARTICULUS III.

IN LIBERTATEM OBJECTIONES.

I. OBJICIUNT voluntatem esse facultatem cœcam, quæ sequitur judicium intellectus, libertatem autem ad voluntatem pertinere non ad intellectum, ac consequenter, libertatem semper à Judicio intellectus flecti & determinari.

R. Scio equidem ea principia in variis Philosophorum & Theologorum scriptis occurrere, verum ni fallor, in verbis obscuris & æquivocis ludunt: Quis ipsos docuit voluntatem esse cœcam? Quis libertatem ad voluntatem potiusquam ad intellectum pertinere iis edixit? Non datur facultas facultatis, illæque abstractæ idæ in rerum naturâ non existunt; Eadem est Mens quæ judicat, vult, & huc vel illuc se flectit, nec unquam cæco & ineluctabili impetu propellitur.

II. Obj. At, inquiunt, Mens non flectitur sine ratione, ultimum sequitur intellectus judicium, & necessariè illud sequitur.

R. Mens non flectitur sine ratione concedimus;

cedimus ; Ens enim ratione præditum , es-
sentialiter quâdam ratione determinatur ;
ultimum quoque sequitur Mentis judicium ,
illud enim ultimum dici debet , inter quod
& actionem non aliud datur. At nega-
mus ultimum id judicium , necessariò ani-
mam flectere ; contendimus è contrâ ab
alio potuisse determinari judicio , ut quis-
que in se facile experitur .

III. Obj. Intricatior oritur objectio ex Dei
Prævisione , quæ falli nequit. Ex eô quòd
Deus res futuras certò prænoscat , rerum
existentiam necessariam esse concludunt ,
nullam esse in hominum actionibus contingen-
tiam , ac ideo libertatem merum esse
figmentum , somnium , cuius vana imagi-
ne deludimur .

Ea difficultate , ita pressi quidam fuere ,
ut futura contingentia à Deo prænoscí ,
apertè negarent .

R. Verùm , Judicium Dei erroris expers
de veritatibus contingentibus , rerum na-
turam non mutat ; Eventus accidentū non
quòd prævisi fuerint , sed prævisi fuerunt
quòd eventuri essent ; Judicium nostrum
de Veritate contingentī , eam necessariam
non facit ; Utraque ergo cognitio , nul-
lam

lam in rebus existentiam necessariam supponit, sed tantum eventuum certitudinem, quæ certitudo pariter extitisset, licet cognitiones non extitissent; huc pertinet vulgatissima distinctio, inter necessitatem causæ, & necessitatem eventū.

IV. Obj. Denique, Libertatem hominis habituum vi, planè tolli, si quis enim ita virtuti addictus, ut ejus præstantiâ demulceatur, vix potest ad vitium flecti; Si quis è contrà, (ut major est eorum numerus) perturbationum æstu, aut voluptatum illecebris transversus rapitur, illis neutiquam resistere valebit.

R. Ultrò fatemur virum Probum, à teneris unguiculis virtutis seminibus imbustum, ab ejus recto tramite vix deflectere, at negamus necessariò ad virtutem impelli; sapienter agit, sed potest insanire; Fatemur quoque vim affectuum penè esse insuperabilem; superari tamen possunt, si totis viribus enitamur; nec ineluctabiliter ad vitium ferimur: Huc pertinet quoque celebris distinctio inter Potentiam Physicam, & Potentiam Moralem, quæ nodum solvere potest.

V. Ex

V. Ex superioribus primum est ut concludamus eximium esse libertatis donum , nihil pretiosius in hac caligine in qua versamur , in ingenii hominum quadam mobilitate : Veri falsa specie , boni & mali conflictatione continuo deluderemur , nimis suspendendi judicium , ac in proprias actiones imperium habuissemus ; Nostrum est hac egregia facultate uti non abuti ; præcipitiantiam in iudiciis vitando , puræque rationi in eligendis veris bonis semper auscultando .



COROL.



COROLLARIA.

I.

Deus est Ens Sanctissimum.

II.

*Vitium, apud homines jam dadum, & nunc vigens, Dei Sanctitati non ador-
fatur.*

III.

*Absurdissimum Manichaorum figmentum
rejicimus.*

IV.

*Varias & infinitas Entium classes crea-
re, Dei Sapientiam & Majestatem maxi-
mè decet.*

Corollaria.